



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

S[e]c[undu]m io.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

**I**n illo tempore **Scdm Jo.** Venit iesus i partes ces-  
saree philippi ⁊ interrogauit di-  
scipulos suos dicens. Quem  
dicunt homines esse filiū ho-  
minis. Et reliqua. **Omelia**  
**Lectio sancti venerabil' beo.**  
euangelij quam modo fratres  
audistis tanto intentius ē co-  
gitanda ac sine obliuione iu-  
giter retinenda: quanto cōstat  
qz magnam nobis fidei perfe-  
ctionem cōmendat magnum  
eiusdem perfecte fidei contra-  
omnia temperamenta robur e-  
demonstrat. **R.** Quem dicunt  
homines esse filium hominis:  
dixit iesus discipulis suis. re-  
spōdens petr⁹ dixit. tu es xps  
filius dei viui. Et ego dico tibi  
qz tu es petrus ⁊ sup hanc  
petram edificabo ecclesiā me-  
am. **R.** Beatus es simon pe-  
tre qz caro et sanguis nō reue-  
lauit tibi sed pater meus qui  
est in celis. Et ego di. **L. viij.**  
**S**i enī scire volumus quō in  
christum credi oporteat: qd  
lucidius eo quod ait ad eum  
petrus Tu es christus filius  
dei viui. Rurs⁹ si delectat au-  
dire quantum hec fides valeat  
at quid apertius eo quod ait  
dñs de ecclesia que sup eū edi-  
ficāda erat. Et porte inferi nō  
preualebūt aduersus eā. Sed  
hec suis in locis plenius expo-  
nentur. Tu a ūc domine. **R.**

**E**go pro te rogauit petre vt nō  
deficiat fides tua. Et tu ali-  
quando conuersus confirma  
fratres tuos. **R.** Caro ⁊ san-  
guis non reuelauit tibi sz pa-  
ter meus qui est in celis. Et.  
**I**esus ergo interroga-  
bat discipulos suos dicens.  
Quē dicunt homines esse fili-  
um hominis. Non autē quasi  
nesciens de se sententiā vel di-  
scipulorum vel extraneorum  
inquirat. Sed ideo discipulos  
quid de se sentiant interrogat  
vt confessionem recte fidei il-  
lorum digna mercede remune-  
ret. **Tu. R.** Petre amas me:  
tu scis domine qz amo te Pa-  
sce oues meas. **R.** Simon io-  
hannis diligis me plus his:  
tu scis dñe qz amo te. **Palce.**  
**Gloria Pasce. Ad laud. añ.**  
Petre amas me. pasce oues  
meas. tu scis domine qz amo  
te. **añ.** Simon iohannis dili-  
gis me plus his tu scis domi-  
ne qz amo te. **añ.** Ego pro te ro-  
gauit petre vt non deficiat fi-  
des tua. ⁊ tu aliquando puer-  
sus confirma fratres tuos. **añ.**  
Significauit dominus petro  
qua morte clarificaturus esset  
deum alla. **añ.** Tu es petrus  
⁊ sup hanc petraz edificabo ec-  
clesiam meam. **Hymn⁹.** **Or.**  
**Q**uisit hero **Cap.** eo pbebi-  
des rex man⁹ vt affigeret qd-  
dam de ecclesia. occidit autē



iacobum fr̄m iohannis' gla /  
 dio. videns aut̄ qz placeret iu /  
 deis apposuit apprehendere z  
 petrus. **¶** Clamauerūt **Su**  
**per bened. añ.** Quodcumq; li /  
 gaueris sup̄ terram erit liga /  
 tum et in celis. z quodcumq; sol /  
 ueris sup̄ terram erit solutum /  
 z i celis dicit dñs simōi petro  
**Deus** qui hodiernam **Col.**  
 diem apostolorum tuoz petri  
 z pauli martyrio cōsecrasti da  
 ecclesie tue eorum in omnibus  
 sequi preceptum. p quos reli /  
 gionis sumpsit exordiu. **Per.**  
**Post primū bened. de scō iohā /**  
**hanne. Ad. i. de tpe. Ad. iij. a.**  
**Solue iubente. vt s. R. z. p.**  
**de apostol. Ad. vi. ix. de lau.**  
**ii. z. v. In secundis ves. Jura**  
**uit do. p totū. vt supra. Hym**  
**nus. Olive bine. p. Sit tris**  
**nitati. Caplm. p. z collec. vt**  
**in matutinis. Sup mag. añ.**  
 Gloriosi principes terre quō  
 in vita sua dilexerunt se ita et  
 in morte non sunt separati.  
**Post primū bñd de scō iohā /**  
**ne z nihil de cōmemoratiōe s̄**  
**cti pauli. Sequēti die agitur**  
**cōmemoratiō sancti pauli.**  
**Ad matē Inuit. Regē aplo /**  
**num. ps. Venite. In primo**  
**nocturno añ.** Qui operatus ē  
 petro in apostolatu operatus  
 est et mihi inter gentes: z cog  
 nouerunt grām que data ē mi  
 hi a christo dño. **¶** Qui me

segregauit ex utero m̄ris mee  
 vocauit p grām suam. **ps. z h**  
**de aplis. añ.** Scio cui credi /  
 di et certus sum qz potens est  
 depositū meū seruare in illum  
 diem iustus iudex. **¶** De res  
 liquo reposita ē mihi corona  
 iusticie. **añ.** Tibi viuere xps  
 est z mori lucrum gloriari me  
 oportet in cruce domini mei  
 iesu christi. **¶** Per quē mihi  
 mundus crucifixus est z ego  
 mundo **Sermo be. Jo. L. I.**  
**B**eatus paulus cū cels  
 in omnibus consisteret ar  
 ce virtutum oēm tamē flāmaz  
 precipuo charitatis ardore vin  
 cebat. Ut em̄ missum est i igni  
 nem ferrum totus profecto igni  
 nis efficitur sic paulus chari  
 tate succensus totus factus ē  
 charitas. **Tu. R.** Qui opa /  
 tus est petro in apostolatu o  
 peratus est z mihi inter gen  
 tes. Et cognouerūt gratiā di  
 que data est mihi. **¶** Gratia  
 dei in me vacua non fuit: sed  
 gratia eius in me manet. **Et.**  
**N**ic quasi cōmunis to /  
 tius mōi esset pater ita z in a  
 more hoim ipos eoz imitaba  
 tur pntes: imo cūctos nō car  
 nales mō verum etiā spirita  
 les p̄res sollicitudine ac pieta  
 re supabat. pecunias et verba  
 z corpus et aniam pro his q̄s  
 diligebat impēdēs. **¶** Scio  
 cui credidi et certus sum quia  
 qq̄